



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

125. Iesus in monte Oliuarum pr[a]edicit futura, & in primis Templi vrbisque Hierosolymitanæ euersione[m], atque Ecclesiæ iactationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

Cap. 125. IESVS in monte oliuarum prædicit futura. & in primis templi urbisq;
Hierosolymitana euersionem & excidium, atque Ecclesie iactationem.
Matth. 24. * 123. Mar. 13. * 124. Luc. 21. * 124.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p>ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt Discipuli eius ut ostenderet ei edificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis, Videtis hæc oia? Amen dico vobis, nõ relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo super montem oliueti, accesserunt ad eum Discipuli secretò, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduētus tui, & consummationis seculi? Et respondens Iesus, dixit eis, Videte, ne quis seducat: multi enim veniēt in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus. & multos seducēt. Audituri enim estis prælia & opiniones præliorũ. Videte ne turbemini</p>	<p>ET cùm egredere- tur de templo, ait illis suis, Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Et respondens Iesus, ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Et cùm sederet in monte oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Iohannes & Andreas, Dic nobis, quando ista fient? & quod signum erit, quando hæc omnia incipient consummari? Et respondens Iesus cœpit dicere illis, Videte, ne quis vos seducat. multi enim veniēt in nomine meo dicentes quia ego sum: & multos seducēt. Cũ audieritis</p>	<p>ET quibusdam dicentibus de templo quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit, Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Interrogauerunt autem illum, dicentes, Præceptor, quando hæc erunt: & quod signum cùm fieri incipient? Qui dixit, Videte ne seducamini. multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum: & tempus appropinquauit, nolite ergo ire post eos. Cũ autem audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet primùm hæc fieri, sed nõdũ statim finis.</p>	
		Y a Tune	

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p>mini. oportet enim hæc fieri: sed nondum est finis. confurget enim gens in gentem, & regnū in regnum: & erūt pestilentie, & fames, & terræmotus per loca, hæc autem omnia, initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationē, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomē meum. Et tunc scādalizabuntur multi: & inuicem tradent: & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent: & seducēt multos. Et quoniam abundabit iniquitas: retrigescet charitas multorum. qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc Euāgelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus. & tunc veniet consummatio. Cū ergo videritis abominationē desolationis, quæ</p>	<p>aut bella & opiniones bellorum, ne timueritis. oportet hæc fieri: sed nondū finis. Exurget enim gens contra gentē, & regnum super regnum: & erunt terræmotus per loca, & fames. Initium dolorum, hæc. Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis vapulabitis, & ante præsidēs & reges stabitis propter me, in testimonium illis. Et in omnibus gentes primū stimonium. Ponite oportet prædicari ergo in cordibus euāgelium. Et cū stis non præmedixerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. nō stere enim vos estis loquentes: sed Spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in morte, & pater filium: & confurgent filij in parentes, & mortificient eos. Et eritis odio omnibus, propter nomē meū.</p>	<p>Tunc dicebat illis, Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. & terremotus magni erunt per loca, & pestilentie & famēs, terroresque de celo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas: & persequentur tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præfides propter nomē meum. contigebit autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentibus & fratribus, & cõtem, & pater filium: & mortificient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum: & capillus de capite</p>	<p>S. S. dicta e proph in loco legit in qui in fugiant & qui i de cen aliquid sua. & non re lere tu Ve aut tibus & bus in Orate fiat fu hyeme erit en bulatio lis nor mundi neq; fi uati f illi, ne omnis propt uabu *126</p>

S. *Matthæus.*

S. *Marcus.*

S. *Lucas.*

S. *Iohannes.*

dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt nõ fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato. erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modò, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. * 126.

Qui autè sustinuerit in finem, hic saluus erit. Cum autè videritis abominationem desolationis stantem, vbi nõ debet (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in mōtes: & qui super tectũ, ne descendat in domũ, nec introeat vt tollat quid de domo sua: & qui in agro erit, non reuertatur retro, tollere vestimentum suum. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate verò vt hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus vsq; nunc, neque fient. Et nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit, breuiavit dies. * 126.

stro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Cum autem videritis circumdari ab exercitu Ierusalem: tunc scitote quia appropinquavit desolatio eius. tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant; & qui in regionibus, non intrèt in eam. quia dies vltionis hi sunt, vt impleatur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij: & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur à Gentibus: donec impleantur tempora nationum. * 126.

X 3 Cap.